

De Predicatione.

19

uari nequeunt, ut cum dico: *album est dulce*, abstracta horum non praedicantur de se invicem, non enim dico: *albedo est dulcedo*; hoc probe observandum: nam si connotativum, de connotativo ita praedicetur, ut abstracta etiam eorum de se invicem affirmari possint, non est praedicatio praeter ordinem vel naturam, e. g. cum dico: *album est coloratum*; hic *coloratum* tanquam connotativum sive adjectivum praedicatur de albô, tanquam de connotativo sive adjectivo sed ita, ut etiam abstracta horum connotativorum de se invicem praedicari possint, dico enim: *albedo est color*, unde ista praedicatio, *album est coloratum*, non est praeter ordinem vel naturam, sed ad ordinem vel naturalem spectat, cum universale de minus universali praedicetur.

24. Unde praedicatio praeter ordinem vel naturam non incommodè duplex potest constitui, (1.) identica, (2.) accidentis de accidente. Illa est, quâ idem de seipso affirmatur, ut *stella est stella*, *avis est avis*: hæc verò dicitur, cum accidens de accidente, connotativum de connotativo affirmatur, ut tamen abstracta de se invicem affirmari nequeant, ut: *calidum est siccum*. Dicitur, accidentis de accidente, non verò accidentalis, quia

B 2 io

De eâ subjt. dicitur non tan-
tum, q̄ veluti pariter, s. phy. & ex,
I. Metaphysic. aut Logicae subjt.
ri constituent, d. ipsa m. tota Es.
seâ, q̄ saltem nostra vate
subjt. eatur ḡt. huius, utam
mal. rationale eē hōiem: cui
hic loquendo. mod. ô arrio et,
addat, q̄ e ipsa eâ subjt.
q̄ pars ejus etc. Vid. Obel.
Comp. Log. l. i. c. 6. p. 14.